



**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

vi. Qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere possunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

Qui cle. vel vouē. mat. cont. poss.

tio vel impossibilis adponetur: cōditio vitiator,
contractus valeto. Si tamē turpitudo circa sub-
stantiam matrimonii versabitur: cōtractus quo-
que vitiator.

1. *Quicun-* Alioquin si aliquam sub turpi conditione de-
que. sponsassit: eam ne relinquito, conditio frangi-
tor, desponsatio inrefragabiliter tenetor.

Hæc de matrimonio. In cæteris contractu-
bus hæc seruantor.

2. *Cōs̄ sit.* Mancupitum ea conditione manumissum vi-
monachus fiat, alioquin in seruitutem reuort-
tur, acceptata conditio manumittentis volu-
tatem ne præterito.

4. *Verūm* Si verò sub conditione alicui ecclesiæ posse-
fio donata siet: ni fors sub tali conditione con-
lata erit, vt ea cessante reuocetur, à donatore
reuocator.

*Qui clericī vel vouentes matrimonium
contrahere possunt. Tit. 6.*

3. *Memini-* **Q**v i se religioni voverit, professionem fa-
nimus. xit, habitum suscepit, is si postmodum
aliquam sibi matrimonio conlocabit, ab ea re-
cedito, eò vnde digressus est reuortitor. Sin tan-
tum voverit: quod postea contraxerit matrimo-
nium ne rescinditor.

4. *Consu-* Sed & si mulier habitum mutassit, velimque
luit. de manu presbyteri sumpserit, non tamen pro-
priis renunciasit, claustrum non intrassit, nec in
manu episcopi, abbatis, aut abbatissæ, aut super
altare professa siet, vel obedientiam pollicita:
susceptus quidem habitus ne nubat impedito.

.poss.

vitiator,
circa sub-
ctus quo-

tione de-
io frang-
or.

contractu-

nissim
reuo-
tis volu-

æ posse-
one con-
natores

um

onem fa-
tmodum
ab ea re-

Sin tan-
matrimo-

elūmque
nen pro-
it, nec in-
ut super-
pollicita
impedito.

Si nubserit etiam post annum: sic statu.

Immo & nonnunquam ex causa, vt si timo- *5. Veniens*
re aliquo inducta continētiam simpliciter pro-
miseric, contrahendum ne impedito, ecclesia
cum ea dispensato.

In summa: votum simplex matrimonium cō- *6. Rursum*
trahendum impedito, contractum ne frangito.

Apud deum tamen non minūs quām solenne
obligato. Itaque si quis voto castitatis emissio
postea se aliquam ducturum vxorē iurassit: pro
temerario iureiurādo pœniteto, votum seruato.

Solenne autem votum & contrahendum im-
pedito, & postea contractum dirimoto. Vnde si
mulier in manibus religiosi alicuius ordinis vo-
tum castitatis emiserit, licet ea lege vt in domo
propria cum omni substantia sua remaneret, &
in eiusdem ordinis habitu biennium fortè post-
ea permanserit, tametsi in vouendo modica ali-
qua coactio interuenerit, illa contineto. habi-
tum si dimittet: resumito. Si nubet: iniqua cō-
iunctio esto.

Sed nec diaconus, nec hypodiaconus matri- *1. De dia-*
monium contrahunto. Si faxint: tametsi inregu- *cono.*
lareis facti separantor, ollis pœnitentia indici-
tor, ea peracta officio dispensatiuē restituuntor.
Si perfectioris vitæ sient: etiam superiorem or-
dinem indipiscuntor.

Interdum hypodiacono taliter contrahenti *2. Ex līte*
monasterii ingressus iniūgitor. post laudabilem *rarum.*
conuersationem ad maiorem ordinem promo-
uetor. Sin nolet religionem ingredier:is nec ad
maiorem adspirato, nec in hypodiaconatu mi-